



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Macarivs Romanvs C. 23. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

23 OCT. *Vita Sanctorum.* 586

in templum demisisse in genua sese ac preces inter caput arâ, animum coelo deposuisse. At Symmachus gladio & ipse casus suum focii que caput abunde fertur vindicasse. Siquidem coenanti Theodorico portentosi piscis caput appositum Symmachi ajunt imaginem induisse, hianti que ore & dente minitabundo ita perterruisse, ut metu morte que rigens infelicem animam in ollas (quemadmodum S. Gregorius refert) Vulcani expiraverit, tunc etiam multis deflens innocentum Martyrum necem. Sed & hodie Musæ BOETIVM SYMMACHVMQVE flerent, nisi in his oculos suos amisissent. *Ex vitâ Boët. & Bar.*

S. MACARIUS ROMANVS C.

23 Octobris.

Bellè Veneri illudit MACARIUS, cum nuptiali in thalamo sponsam reliquit, & Raphaële comite in ultimas solitudines castitatem asportavit. Ibi dum antrum subit, in geminos catulos & ponè accubantem exanimem leonam offendit. Hanc igitur tumulo infert, catulos de suâ mensâ alit educitque. Crescunt illi, & à nutritii sui collo innoxii pendent, blandientem lambunt, aridenti adrugunt blandum. O semper tutior inter feras, quàm non dicam inter mulieres, sed mulierum etiam

etiam umbras virginitas ! prodit foras
 MACARIUS, strophium reperit è Sira-
 done, è serico calceolos. Quid agis
 MACARI? Viscum mitte. audit alla-
 crimantem malis suis vocem. Ah au-
 res obtura ! Sirenem audis. Videt mu-
 lieris formam omni simulachro emen-
 datiore. Eheu oculos claude ! Scor-
 pionē vides. Ecce tecto recipit. Superos
 testor MACARI! vivam leonam intro-
 ducis, qui mortuam extulisti. quid mil-
 tis? triumphato hospite in fumos abit
 daemonium, in lacrimas MACARIUS,
 in fugam leones. Quin ipse quoque se
 fugit; sed obsistit bonus ductor Ra-
 phaël. Ergo in genua & preces se abij-
 cit, XL. ipsos dies jejunos. Tum vero
 conciliatos Superos, primùm leones
 reduces, deinde multa lux celo allapsa,
 tum gratantium Angelorum voces, de-
 nùm Christus ipse conspicuus indica-
 runt. Atq; hæc MACARIUS ipse tribus
 aliis eremi incolis, nos verò Mariam
 ideò hodie narramus, ut sciant securius
 castitatem binis leonibus cohabitare,
 quam uni feminæ. Ex Menais.

SS. MARTYRES NAGRANI.

24. Octobris.

NON jam singulos Martyres produ-
 cere in arenam, & cum tyrannis
 componere, sed producere in campum
 plenam aciem juvat, & totā pro Christo
 pugna